



**Commentarivs Pavli Bernriedensis, Antiqvi Scriptoris, De
Vita Gregorii VII. Pontif. Max.**

Paulus <Bernriedensis>

Ingolstadii, 1610

VI. De simili euentu apud Beronicam, vbi in riuulum molarem à diabolo
detrusa est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65381](#)

preciosi Martyris Cyriaci, obsecundauit, & acutissimā
aciem vsq; in finem perseverantem impetravit, in hoc
valdē mirabilem, quod neque plurimis lacrymis, ne-
que subtilissimis Operum studiis cederet.

IV. Extunc habere cœpit solitudinem infantium,
vt matres & nutrices, in lauandis eorum capitibus, &
consuendis eorum vestibus, aliisque necessariis exhiben-
tibus.

V. Adelhaidis vxor Manegoldi Comitis Palatini, de
castello quod Moropolis dicitur, mulier valdē religio-
sa, vtpote sectratrix sororum suarum electarum C H R I-
S T O Virginum, quarum una Wielica, altera vocabatur
Hiltiburgis, quarum etiam mira post obitum gloria
Beatae Herlucæ diuinitus ostensa est. Hæc, inquam, can-
dem Herlucam sibi assumpsit in adiutorium perno-
stanti in oratione D E I. Quadam ergo nocte mali-
gnus spiritus volens eis pauorem immittere, & sacris
vigiliis illudere, tetrâ, sicut cum decebat, indutus spe-
cie, extinxit lumen, quod vnicum erat in Oratorio:
quod cum Herluca reaccendisset, iterum exsufflavit. Il-
lis verò vehementius orationi incumbentibus, supera-
ri se dolens inimicus, tanto cum fragore discedens per-
mouit castellum, quo funditus eversum iri timeretur:
& seculares quidam repentina sonitu exergefacti, &
nimis attoniti, diuersas opiniones tam in ipsa nocte,
quam in sequenti die super insolita quaestione confe-
reabant. Porro sanctæ vigiles se quidquam inde scire dis-
simulabant: tametsi Herluca signum periculostum oris
acceperat in facie ex maligni spiritus afflatione.

VI. Similiter ei ante paucos annos etiam Beronica
contigit: quando more suo Canonicas vigilias præoc-
cupans, Ecclesiā singularis expetiit, in riuulum quoque
malo-

molarem vel tunc, vel alia vice ab eodem maledicto detrusa.

VII. Quodam etiam tempore exprobrait ei idem aduersarius, quod gazophylacium suum fecisset in foramine muri; ubi certe non nisi unum denarium reponuerat, quem in charitate à quadam matrona accepserat.

VIII. Acceptabilius in properium fecit ei S. Felicitas, mater septem filiorum, super quodam mendacio, licet pio: quo videlicet protexerat ancillam quandam ab ira dominæ suæ. *Malè, inquit, fecisti, polluendo labra tua qualicunq; mendacio. Non enim sufficit Virginis sola abstinentia viri: nisi quantum sapere potest, abstinenſs esse velit omnis mendacijs.* Nam, ubi veritas corrumpitur, corporalis integritas non magni pendit.

IX. Opportunum hīc videtur introducere narratiunculam ipsius Herlucae, de quadam Virgine penitus mentiri nolente. Huius itaque fratri assultum quadam die facientes inimici, fugere eum cōpulerunt in ædem, quæ fortè posita erat iuxta sororem. Porrò illi opinione ducti magis, quam visione, venerunt ad eandem sororem, eamque interrogauerunt, si præcurrrens homo illuc intrasset. At illa nec pro fraterno periculo mentiri volens, intrauit, inquit: ipsi verò exultates in spe pessima, intrauerunt ad perdendum eum. Sed C H R I S T O, qui Veritas est, propitiante, & sui dilectionem in germanitutela honorante, cùm omnia præter ipsum cernerent, ipsum non solùm lādere, sed etiam aspicere, diuinitus prohibiti sunt.

X. Nec hoc prætereundum, quod ipsa Herluca narravit, se in spiritu vidisse dictam Adelhaidam Palatini Comitis vxorem in amœna quidem regione degen-

Y tem,